

V
C
634

h.

D. 14. 3
De Fredericis Saxonicas principibus
fortunatissimis

Vc
634

Q. F. E. F. E.
AD

ORATIONEM
VALEDICTORIAM
^{DE}
FELICITATE
SERENISSIMORVM PRINCIPVM
PRVSSICO-BRANDENBURGICORVM
PATROCINIO MVSARVM AC MVNIFI-
CENTIA PARTA,
PRÆSTANTISSIMI JVVENIS

JOHANNIS
GODOFREDI
STEVDNERI,
BUDISSINENSIS,
CANDIDATI ACADEMIÆ
LIPSIENSIS EXIMII,

CRASTINA LVCE,
DIVINA ANNVENTE BONITATE,
CIRCA HORAM TERTIAM
FINITIS SACRIS POMERIDIANIS,
GRATIOSE ET BENEVOLE

AUDIENDAM,


PRÆNOBILISSIMOS AIQUE AMPLISSIMOS
DOMINOS PATRONOS AC INSPECTORES,
OMNESQUE ALIOS MUSARUM MANSUETI-
ORUM FATORES CLARISSIMOS,

QVANTA POTEST OBSERVANTIA
AC HUMANITATE,
INVITAT

M. MICHAEL THYM,

CYNEUS CON-RECTOR,

BUDISSÆ, LITERIS RICHTERIANIS.





On heri denum aut nudius tertius, sed ab antiquissimis obseruatū fuisse seculis fatalem quandam atque occultam Nominibus inesse vim, sicut in Numeris nescio qua mysteria latere alte recondita, neminem fortan Historiarum peritum esse arbitror, qui nesciat. Quodsi enim vel fugitivo saltem oculo pristinum Rerum publicarum & Provinciarum statum sub Persarum, Macedonum ac Romanorum Imperio perlustramus, tam auctorata quam minus auctorata Regentium deprehendere licet Nomina, quorum Catalogum pertexere nec instituti Nostrī ratio, nec cancellorum, intra quos continetur, angustia permitit. Nostro autem proprius ut accedamus aeo, tum in Pontificum folio, tum in throno Regum, Gregorios Romanum, Philippus Hispaniam, Henricos Franciam, Richardos & Carolos Angliam, Jacobos Scotiam in infinitis collocaſe annales memorant. Unde autem ista Nomini fatalitas originem suam trahat, non adeo facile haridoliari licet. Sunt quidem qui exiftant, quod Nomina ipsa eorum necessitatem inferant, que vel latea aut prospera portendunt, vel tristia & infarta minantur, quorum ramen tentatio tantum absit, ut nostrum adiiciamus calculum, ut quantumvis speciosissima, nullam neque naturalem, neque artificiale, neque supernaturale operari virtutem habere preter alios doctissimos Viros recte omnino tradant Scaliger Lib. 16. de Subtilitate. cap. 349. Langius Ep. 33. Valeſus de Sacra Philosophia. cap. 3. & Franc. Torreblanca Corduenſis. Ieſus Celebi in Epitome Detet. pag. m. 82. Sed fatiditatem, si que fuerit, ut ita loquamur, Theologicam seu divinam subesse arbitratur, Dec ipso tum nominum impositionem, tum eorum Harmoniam cum eventu seu dirigente seu permittente. Divino enim consilio & intuitu omiosas quandoque Nomini impostiones fieri, iisq; non raro eventum respondere, inficiandū fortasse non est. Ecquis enim cum consummatissimo dum viveret, Theologo Danhauero sati mirari posset in Abraham excelsa paternitatis, in Jacobo supplantationis, in Iſmaele exauditionis, in Sara principatus, in Agare peregrinitatis significacionē? quis non mentione Noe quietem, Japheti incrementum, Nimrodi rebellionem, Michaelis divinam praefiantiam, Mosis emersionem, Iohes redēctionem designari meminerit? Inter felicissima autem fortunā eminentioris signa auspiciatissimum LEOPOLDI Nomen perpetuo haec tenus fuisse, ex illustribus Austriorum fastis facillimo negotio evincere possemus, nisi ad potentissimam Domum Saxoniam mentis dirigere oculos sanctiori quadam Pietatis lege traheremur. Cujus cum evoluimus Annalium monumenta, atque glorioſissimorum Nomina Principum vel a prima origine repetimus, nec ullum ullo unquam tempore mali omnis reperiemus, fed Henricos, Albertos, Ernestos, Iohannes, Mauritios, Augustos, Chriſtianos, Iohannes Georgios, aliosq; laudatissimos Heroes candidissimo semper signat lapillo familia Saxonum excellissima. Inprimis autem FRIDRICI merentur, qui fortunatissimorum Nominiū inferantur Albo, quorum pauca quidem numero commemorare, & devotissima observantia admirari licet. Primum, cui hoc Nomini impostum fuisse legimus, pofit Marchionis Mispiae, Fridricum cognomine fortē & a Matris mortuā Admorsum, Fridricum Severum, & Fridricum Svennum, exilio FRIDRICVS, magno excelsoque animo Princeps & egregiis bello editis facinoribus nomen BELLICOSI adeptus. Primum ille Vettinensis Saxonum Dux & Septemvir est, qui beneficio Imperatoris Sigismundi, extincta Afcianiorum familia Principum, haec tenus Saxoniae Electorum, potentiam sue domus, & splendorem Ducatus arque Septemviratus Saxonici magnopere adauxit, nec Palatinatum modo Alstetensem in Thuringia conditum, sed etiam reliquias ejus accessiones & partes in Veteris Saxonia tractu, sive ut patro more loquimur, Circulo Electorali (terra Wittenberg in plerisque tabulis) sitas, vicinumque & principali dignitate Burggravium Magdeburgicum cum hereditariis Principatibus & amplissimis Regionibus conjunxit. Hinc nova Inſignia, Tituli; sunti, & Auctoritas in sacro Imperio, atque in summo Imperii Senatu eminentis, eaque Archi-Principis, & Archi-Mareschalli perpetua, ac regis proxima, atque adeo maxima, & altissimis Territorii radibus defixa ac semper valitura. Vid. P. Albinus, G. Fabricius, Cyriacus Span- genberg, Balthasar Mencius, Benjamin Leuberus, & Diplomata Sigismundi & Maximiliani I. Quanto in pretio, quantisque in delictis habueſit literas, & omnes, qui Apollinis fequantur caltra, maximus hic Princeps, testatur Celeberrima Lipsiensium Academia, quam ex disturbata Pragensis collegiis reliquie Fabricius, in Origin. Saxon. Balbinus, L. IV. cap. IV. Epit. verum Bohem. Peiferus, in Lips. Lib. III. Schneiderus, Lib. VI. Chron. Lips. & Acta Jubilei Tertii paſſim referunt.

Aliter FRIDRICVS propter incredibilem Mansuetudinem Placidi nomen commenuit, cum in eo omnem collocaret operam, ut suis in terris pacata non essent duntaxat omnia, verum etiam cum exorta essent dira bellorum incendia, sedandas & extingvendas iis

non minorem adhibuit curam, ut domi perinde ac publice boni mitissimique Principis Exemplar consummaret, neque Severitas & Justitia Lenitati atque Clementia detraheret. Hinc ubi in publicum expedire armorum negotia tractare, alieno semper tanquam suo parcendum sanguini animo volvens, conscientiaeque tranquillioris gloriae soli velificatus, arma temere nequitiam induebat. Manifesta autem Indolis clementissima exhibuit signa, cum ferale eum inter ac Fratrem Wilhelmm, inflammantibus quibusdam infidis Ministris, exorirent bellum; ubi vel maxime Fortitudinis summam laudem pari Clementie gloria temperare dicserat incomparabilis Heros, hanc solam, præstantissimi Claudiiani effago, Diis æquare Principes, nihilque prius Placiditate mentis animique Bonitate sanctam Principalis Existimationis opinionem in hominum affectus influere, haud prater rem existimans. Hinc & placidissimus hic FRIDERICUS AN. 1464 pace undiquaque favissima renente, placide dormivit.

Omnium autem Felicitatem longe superavit FRIDERICVS III. cuius tanta Virtusque & Excellentia animi fuit, ut omni Posteriorum memoria non alio, quam divino, seu soli Deo competente, uti recte omnino statutus Pythagoras, Sapientis Nomine celebraretur. Etenim sub hoc laudatissimo Principe Lux Sapientia divina clarius exorta est, quam divina Megalandri Virtus, non sine singulari Numinis coelestis providentia, post diuturnas immensasque, quibus opprimita hacenus fuerat tenebras, mirifice produxit iterum & in omnium conspicuum manifeste posuit. In quo uno tanto excedit aliorum Principum angusta felicitatis culmina, quanto religione orthodoxa & vera nibil divinus homini contingere potest. Sunt equidem ex recentioribus adversa partis Scriptoribus, qui prava sua & mentendi & calumnianitatis libido ducti aliquo male fano Affectionem oestro percipi, laudem & sapientiae & amoris in coelestem veritatem sinceri FRIDERICI admovere, vano quidem molinime conantur, inter quos primas tenere veritatem, ex Lojolitarum Schola prodeentes, *Sfortia Pallavicinus*, Scriptorum multitudine Cardinalium, quos vocant, purpuram natus, & *Ludovicus Maimburgius*, iisdem artibus ad Cardinalitios ad ipsarum honores annis, sed libertori in Pontificem filio pro Rege Galliarum invenctus, jussu illius ordine motus, ab hoc autem Abbas & Historicus Regius constitutus. Horumque ipsa & scribendi ratione, & calumniandi audacia æmulus *Antonius Varillasius*. Verum enimvero cum omnes unitis quasi viribus eo impudente prolabantur, ut omnem Sacrorum mutationem, quam Reformationem dicunt, ex causis solam profanis & rationibus privati commodi factam criminarentur, singularem de machinationibus Principum privatis judicandi, & arcana rerum causas evolvendi, vim ac facultatem sibi tribuant, fraudesque & artes politicas ubivis non aliter ac nodum in scirpo querant, atque ex ingenio Gallorum de Germania perinde judicent, Cordatores vix eo se induci possunt, ut fidem illis haberent, praesertim cum ipse Julius Clemens cum aliis Romane factioni addicatis quamplurimis, eos fere omnes in Princes injurijs, & totos ex mendacio consutos appellare non reformatidaret. Vid. Julius Clemens in *Nat. Moralib. ad Pallavic.* pag. 20. 30. 45. seq. Cas. Aquilinus, *Lib. de Tribus Hist. Conc. Trid. Script.* & H. Heideggerus in *Anat. Conc. Trid. p. 1265, Tom. II. Myster. Babyl. p. 273*, & Perillustre Eruditus Nobilitatis Sidus Seckendorfius in *Comm. Hisp. & Apologet. de Lutheranismo* passim. Valeant itaque peffimi Osores Veritatis ac Rofores, omnesque itiusmodi Alatfiores, qui de sanctissima Imperatorum Majestate libenter ludum & jocum faciunt, sibique in cunctis fere Princes nefario ausu ac intollerabili ambitione Ius quoddam atque imperium arrogant! Tefsis Fridriciana & Sapientia & Pietatis omnif exceptione major est, Academia Wittebergenensis, quæ felicissimis ipsius Auspicis Natales & Originem debet. Quod fons monumentum omni are perennius, regalique Pyramidum sitius altius longe, quin & tantum est, ut nulli subactarum Gentium Triumphi, nulla prostratorum Exercituum Laureæ, non Gloria dicam ac Nominis, sed plus emolumenti ac utilitatis affere valeant. Quid enim magis, quid prestantius, ac divinus in rebus humanis, quam recte sapere, Deum summum hujus Universitatis Gubernatorem, qua decet, ratione nosse, & sanctissimo ad verbis divini prescriptum, venerari cultu? Hæc enim, docente *Gisberto Voetio*, vera est Sapientia, quæ mentem non tantum illustrat, sed cor accendit, quæ nudas veritatis notiones & volatiles imagines non tantum in cerebro aut ejus superficie depingit, sed & interioris animi atque affectuum medullas intime penetrat, penitissime sanctificate, & validissime convertit. Reliqua Sapientissimi Herois gesta uberioris interpretari, supervacaneum duco, cum e nos labore Eruditissimi Viri, Melanchthon, Fabricius, Chytraeus, Spangenbergius, Birckius, Praetorius, aliisque levaverint, qui Saxonum Herorum res actusque condere feliciter stilo, inque magna victuraque gloria ponere sufficiuerant. Venio jam ad JOHANNEM FRIDERICVM, qui Crucem auream in dorso fulgentem, insufflanti future fœsan calamitatis præsigillum, ex Utero Materno protulit, & sane truculentia inimici sati, quod ei post infelicem prope Mülbergam incubuir pugnam, cedere coactus; quo quidem turbine non extincta ejus est felicitas, sed offuscata tantum, & aliquando pressa, ut instar generofissima palme animosior exsurget. Succedaneo autem tempore

tempore in Electorali F^{re}d^{ic}io Fridrici Nominis oblitere gloria atque felicitas videbatur,
 donec tandem in Serenissimo ac Potentissimo S^{AC}RAMATIÆ REGE atque ELECTORE
 Nostr^o Clementissimo effloresceret prosperrime. Quod de Augusto, Romani Imperii Cons-
 ditore, prudensissimus olim Seneca dixit, incomparabili Huic Heroi tribuere fas sit: Felicissimo Majestatis Regie, antiquis Saxonibus proprie, Instauratori Deum plura quam VIII
 praestitisse. Omen haud contemendum subfuisse jamdudum censem Prudentiores, quod
 a Gloriis summo Parente, Johanne Georgio Tertio, svavissima inlytissimorum Nominum
 Societate FRIDRICVS AVGVSTVS diceretur. Nam augustinis Excelsisimorum
 M^{ai}strorum insitum Vestigiis, qui felicissimi hoc Nomine gavisi sunt, in rebus Imperii Re-
 giaeque Sarmatici negotiis, Fridricum Bellicosum , in terris haereditariis ac Provinciis sibi
 subiectis Fridricum Placidum, utroque Fridricum Sapientem representat. Quam enim
 provide ac sapienter regas sapientissimus Rex & Elector, tanquam media Palinurus in una-
 da, quam fluctuant se favis bellorum procellis tempestatisbus noctis est nave, quam-
 que suo more, h. e. invicto animi labore, dira novercantis fortune fulmina, vel sustinet, vel
 ex uno manuus praeditio fortiter perrumpat, quotusquisque est, qui nesciat, nec insigniter
 adam rerum Erunt, erunt, qui Trajani hujus Saxonici merita depredabantur Plinii elogia,
 & Servatorem Gensis suam ac Regionis. Fulmen denique Sarmaticum adversus Barbaros
 vocabunt. Te autem subjectissima quassumus veneratione, & castis rogamus precibus,
 Prepotens coeli Numen, ut que vota audivisti olim in exortu felici splendidissimi hujus
 Solis Patriæ, hac eadem exaudias, quea pro ulteriori Ejus felicitatis atque incolumitatis Conservazione ac Incremento pari aut majori Pietatis studio Tibi jam deditissima Piorum Turba
 nuncupat & in posterum nuncupabit, quorum una vox, una Votum summa est, ut Fridrici ac
 Augusti Imperatorum in felicitate ac perpetua letitia egrediatur annos! Hujus & augustinis
 felicitatis dulcedine fructus Serenissimus Princeps Regius ac Dominus, Dominus FRIDRI-
 CVS AVGVSTVS, Paternarum & Virtutum & Provinciarum Hæres fortunatissimus, Po-
 puli sui Amor & Delicium, cum; Fridericis hodie florentissimis seculi nostri gloria & fortu-
 na ornamenta adaugeat! Serenissimos quoque Prussico-Brandenburgici Sangvinis Heroes,
 auspiciatissimo Fridrici Nominis insignitos, proferre animus erat, cum FRIDRICVS I. Gentis
 suis Marchian Brandenburgicam, atque Electoral Axioma acquisiverit, Potentissim sicut
 tem FRIDRICVS, D. Fridrici Wilhelmi re & nomine Magni, felicissimi Parentis felicissi-
 mus Filius, regio Diademe insigniter auxerit: Verum hanc sibi Spartam demandari a
 Nobis modesto petit præstantissimus Juvenis, Johannes Godofredus Steudnerus, Budissinus,
 Viri Nobilissimi, Amplissimi, atq; Consulissimi Domini, Godofredi Steudneri, Senatoris quondam
 & Scabini, de hac nostra Rep. meritis, ex Anna Catharina Muskgiana filius natu minimus.
 Ille enim cum, ipsius benignissimi Numinis divina ope, non poenitendos in literis humaniori-
 bus fecerit progressus, & jam eorum consensu, quorum consentire interest, pleno gradu ad
 altiora contendat Studia, suarum duxit eis partum, antequam dulcissimam Patriam relin-
 queret, novum suorum in Studiis elegantioribus provectum dare Specimen. Suo autem
 se rite fungi posse officio arbitratus est, si felicitatem Celsissimorum Principum Prusico,
 Brandenburgicorum Patrocinio Musarum & Munificientia partam, quantis posset exor-
 nare eligi, quorum Liberalitate Studia sua Academica indulgentissime nutritumiri conser-
 deret. Ingenii præstantiam ac promptitudinem, quo per Naturæ benignitatem gaudet,
 in Consellio Eruditissimorum Virorum aliquoties proferre non infeliciter sustinuit,
 sub nostro scil. moderamine Anno 1708. de Mediis inclarescendi, & sub B.
 M. Johanne Scultzio Anno 1709. de Jubileo Christi Natalicio differens. Pietatem, Mo-
 delitiam atque diligentiam omnibus, quorum Disciplina Alumnus fuit, adeo
 approbavit, ut absque omni adulatio[n]is Specie, cuius & cau[us] precul habeo, genuinum
 Discipuli laudatissimi Exemplar Eum appellare nullus verear. Vereor autem plura addere,
 ne rara optimi Juvenis verecundia vim inferre videar. Hoc tantum adjiciam, quod si
 per B. Parentis & Magnificorum Virorum Sangvinis sui Conforium, aut alia necessitudine
 Conjunctorum præstantissimas Virtutes eo, quo haec tenus laudabilis ausu grassis perrexer-
 it, non patern modo, sed & Nobilissime PLATZIORUM & HENRICORUM Gentis
 gloriā, in eoque haec tenus fullerit splendore, DEo benigne annuente, sic conserva-
 turus. Quod ut fiat, ceu speramus, Ipsi Lipsiam abeunti uberrimam divini Numinis gra-
 tiā adovemus. Postquam Paxonis, Fautoribus, ac Praeceptoribus Carmine Heroico
 valedixerit, Nobilissimus ac genereq[ue] Juvenis Wolff Adolph de Zetschitz, Eques Lu-
 sar, non immemor Conventuum & amicitie, quam cum Steudnero suo conjunxit, ut optimis
 proficisciatur omnibus. ex anno cōp̄recabatur! Hanc itaque Panegyris ut Præno-
 bilissimi atque Amplissimi DNN. Patroni ac Inspectores cum ceteris Musarum Fautoribus
 Urbis nostræ Clarissimis sua preferentia condecorare, & splendidiorem reddere velint, sub.
 misse admodum, honorifice ac per amaner rogitanus, P. P. Budissæ

d. XVIII. April. MDCCXI.

ULB Halle
007 651 988

3



VD 18



d. 43
De Fridericis Saxonis principibus
fortunatissimis

Vc
634

Q. F. E. F. E.

AD

ORATIONEM
VALEDICTORIAM
DE
FELICITATE
SERENISSIMORVM PRINCIPVM
PRVSSICO-BRANDENBVRGICORVM
PATROCINIO MVSARVM AC MVNIFI-
CENTIA PARTA,
PRESANTISSIMI JVVENIS

B.I.G.



ANNIS
DOFREDI
VIDNERI,
DISSINENSIS,
ATI ACADEMIAE
ENSIS EXIMII,

RASTINA LVCE,
ANNVENTE BONITATE,
CA HORAM TERTIAM
S SACRIS POMERIDIANIS,
RATIOSE ET BENEVOLE

AUDIENDAM,
MOS AIQUE AMPLISSIMOS
RONOS AC INSPECTORES,
IOS MUSARUM MANSUETI-
TORES CLARISSIMOS,
A POTEST OBSERVANTIA
AC HUMANITATE,
INVITAT

CHAEL THYM,
GENUS CON-RECTOR,
E, LITERIS RICHTERIANIS.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA